Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



170

osee

bam eos in funiculis adam
traham eos: in funiculis caritatis: ero
eis qui exaltans iugum super maxillas
eorum: et declinans ad eum ut pascerem.
Non revertentur in terram egypti: et assur
ipse rex eius. quia noluerunt convertere
se ad me. Et cecidit gladius in ciuitatibus eius. et consumet
electos eius: et comedet capita eorum. et
populus meus pendebit ad reditum me
um. Iugum autem imponentur eis si
mul: et non auferetur. Quomodo dabo te
ephraym: protegam te israhel. Quo modo
dabo te. Sicut adama ponam te. aut
seboym: Conuersum est in me cor meum.
pariter conturbata est penitentia mea.
Non faciam furorem ire mee: non con
uertar ut disperdam ephraym: quia deus
ego et non homo. In medio tui sanctus: et
non intrabo in ciuitatem. Post dominum ambu
labunt: qui leo rugiet. quia ipse ru
get: et formidabunt filii maris. et
volabunt qui ante egypto: et qui co
lumba de terra assyrorum: et collocabo eos
in domibus suis. dicit dominus. Circum
dedit me in negatione ephraym: et
in dolo domus israhel. Iudas autem
adhuc descendit cum deo: et cum sanctis fi
delis.

Capl. xii.

Ephraym pascit ventum: et sequitur
estum: tota die mendacium
et vastitatem multiplicat: et fedus cum
assyriis iniit: et oleum in egypto fer
ebat. Iudicium domini cum iuda:
et visitatio super iacob. Iuxta vias eius
et iuxta adinuentiones eius reddet
ei. In utero supplantauit fratrem suum:
et in fortitudine sua directus est cum
angelo: et valuit ad angelum. et roborat
est: fleuit et rogauit eum: in bethel in
uenit eum: et ibi locutus est nobiscum.
et dominus deus exercituum. dominus
memoriale eius. et tu ad deum tuum con
uertere. Misericordiam et iudicium custodi: et spera
in deo tuo semper. Chanaan in manu eius
statera dolosa: calumpniam dilexit. et dixit
ephraym. Veruntamen diuites effecti sum:
inuenerunt mihi omnes labores
mei non inuenient mihi iniquita
tem quam peccauit. Et ego dominus
deus tuus ex terra egypti adhuc sedere te
faciam in tabernaculis. sicut in diebus
festiuitatis. Et locutus sum super pro
phetas: et ego uisionem multiplicaui
eis. et in manu prophetarum assimilatus sum.
Si galaad idolum: ergo frustra erant
in galgal. boues immolantes. Nam et
aratra eorum qui arerunt super sulcos agri.
Fugit iacob in regionem syrie: et ser
uiuit israhel in uxore. et in uxore ser
uiuit. In prophetia autem eduxit dominus
israel de egypto: et in prophetia seruatus est.
Ad iracundiam me provocauit ephra
im in amaritudinibus suis: et sanguis
eius super eum venit. et opprobrium ei
retribuet dominus suus.

Cap. xiii

Cum loqueretur ephraym. horror in
uasit israel: et delitiatus est in baal.
et mortuus est. Et nunc ad
diderunt ad peccandum: fecerunt sibi
statuas de argento suo. qui similitudi
nem idolorum fabricati sunt totum
est. Hiis qui dicunt immolate homines
vitulos adorantes. Iccirco erunt qui
nubes matutina. et sicut ros matu
tinus pertransiens: Sicut pulueris turbi
ne rapitur exarea: et sicut fumus de
fumario. Ego autem dominus deus tu
us ex terra egypti: et dii absque me nesci
es. et saluator non est preter me. Ego
agnouit te in deserto in terra solitudinis.
iuxta pascua sua: et adimpleti sunt
et satiati. et leuauerunt cor suum. et oblitti
sunt mei. Ero eis qui leena: sicut pard